



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

60. An Regulares possint prædicare in suis Ecclesiis absque petitione benedictionis Episcopi? Et an possint in Ecclesiis extra suos conventus prædicare absque licentia Episcopi? Et an Regularis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Pro benedictione debet prædicator personali-  
ter accedere ad Episcopum, & non per literas, aut  
tertiam personam, vt aperte habetur ex citatis verbis  
supra alatis. Se præsentare personaliter. Ita dicunt  
Zerola in *praxi Episcop. part. 1. versiculo Prædicatorio.*  
§. 3. Franc. Leo in *Thesau. Fori Eccles. part. 1. c. 8.*  
n. 10. & ex ipsi Peyrinus *tom. 3. c. 2. n. 11.*

2. Videtur sequi contradictio inter loca Tridenti-  
ni citata; si velimus sustinere, posse regularem petita  
benedictione, sed non obrenta & contradicente Epis-  
cupo, in sua Ecclesia prædicare, nam secundo loco  
expressè dicitur, quod nullus potest prædicare etiam  
in propria Ecclesia contradicente Episcopo. Sed tollit  
se contradictio dicendo, hoc secundo loco Trident.  
intelligi quando Episcopus vult per se, vel per alium  
coram se prædicari solemniter, quod est conforme  
Clem. *Dudum, de sepult. & sic cum Mirand. tom. 1.*  
9. 50. artic. 3. aduertit Barbosa *part. 3. de officio Episcop.*  
cap. alleg. 76. n. 20. & ad capitulum 2. sess. 5. n. 18.

3. Vnus autem obtinuit apud Regulares prædican-  
di in propriis Ecclesiis absque alia Episcopi benedi-  
ctione; quam solum petunt pro Quadragesima, &  
Aduentu, & non pro aliis Festis infra Annum. Huc  
vult Bordonus.

4. Sed ego valde dubito, an ad sit talis vñs, nam  
in quocumque tempore quando Regulares volunt in  
suis Ecclesiis concionari se presentant coram Epis-  
cops, & petunt benedictionem iuxta Concilium  
Tridentinum *sess. 24. c. 6.* vbi absolute loquitur, &  
non distinguit inter tempora Quadragesimæ, Adven-  
tus, & alia tempora. Et hanc sententiam docuit Sacra  
Congregatio die 16. Octobris anno 1691. Teste  
Gaetano in *Man. Episcop. ver. Concio Sacra n. 16.*  
Sic assertens: Tenentur Prædicatores benedictionem  
petere quouis tempore, nedum in Quadragesima &  
Aduentu; ideo absolute contra Bordonum affirmati-  
viam sententiam teneo.

5. Notandum est hic obiter Episcopos, posse de-  
negare benedictionem prædicandi, si Regulares nol-  
lent coram ipso emittere professionem fidei. Ita Mar-  
cellus Vulpe in *praxi Episcop. cap. 42. num. 4.* Fran-  
cisc. Leo in *Thef. Fori Eccles. part. 1. cap. 6. num. 8.*  
Campanili in *Diuer. Iur. Can. Rubr. 12. cap. 13. num.*  
8. Gaetano in *Man. Episcop. ver. Concio Sacra, num.*  
20. Ioan. Anton. Nouarius in *Sunma Bul. part. 2.*  
*tit. de exemptorum privilegiis, numero 29.*

RESOL. LX.

An Regulares possint prædicare in suis Ecclesiis absque  
petitione benedictionis Episcopi?  
Et an possint in Ecclesiis extra suos Conuentus prædica-  
re absque licentia Episcopi?  
Et an Regularis Episcopo presentatus & ab eodem ap-  
probatus, vel etiam indebite recusatus, possit ubique  
in Ecclesiis prædicare, etiam contradicente Epis-  
cupo?  
Et an hos Regulares, & alios quoscumque ab Antecessore suo approbatos à prædicatione possit Episcopus  
suspendere? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Resol. 1.

§. 1. Pater Bruno Chassaign ex ordine Mino-  
rum edidit eruditum opus de Privilegiis  
Regularium, & licet ego sæpius eius sententiis  
non adhaerem, tamen hoc non obstante existimo  
illum esse virum doctissimum, & cui non solum  
multum debent Regulares, sed etiam Theolo-  
giae moralis Professores. Verum in his materiis  
caute procedendum puto, nec omnia calamo com-  
Tom. VII.

mittenda, idè partes Episcoporum semper sumam,  
puto enim cum Eminentissimo Cardinali Lugo de  
*Sacrament. Penitent. dissertat. 21. section. tertiu. nu-  
mero. 55.* Dominos Antifites dexteritate, prudentia,  
& ac humilitate lucrandos esse, vt postea no-  
stra priuilegia tueantur, vel saltem secundum opi-  
nionem probabilem, relinquunt illis nos vñ,  
propter labores, quos in eorum Diocesisibus susti-  
nemus, diu nocturne docendo, prædicando, con-  
fitendo, missiones faciendo, &c. Itaque ad casum  
propositum affirmatiuè respondet Brunus *ubi supra*  
*tractat. 6. capite tertio, propos. 1.* in qua asserit quod  
Regularis potest absque presentatione coram Epis-  
cupo, & petitione benedictionis ab eodem in Ec-  
clesiis propriis, ac plateis communibus prædicare.  
Si enim à Pontifice Romano pendet omnis prædi-  
candi facultas, & ab eodem absoluta facultas præ-  
dicandi concessa est Regulari dependenter à iudi-  
cio, & examine propriorum Prælatorum, & non  
Episcopi; ad quid presentatio coram Episcopo, &  
petitio benedictionis, vt in propriis Ecclesiis, & pla-  
teis prædicet? Certè nulla apparet iusta causa il-  
lam petendi. Quod patet ex priuilegio Benedicti XI.  
Nec obstat, ait Tridentinum *sessio 5. de reform.*  
*cap. 11.* sub Paulo III. celebratum, in quo decer-  
nitur, vt Regularis qui prædicaturus est in suis pro-  
priis Ecclesiis, petat prius ab Episcopo benedi-  
ctionem, his verbis, Regulares verò cuiuscunque  
Ordinis, nisi à suis superioribus de vita, moribus,  
& scientia examinati, & approbati fuerint, ac de  
eorum licentia, etiam in Ecclesiis suorum Ordini-  
um prædicare non possint: cum qua licentia, per-  
sonaliter se coram Episcopis presentare, & ab eis  
benedictionem petere teneantur, antequam prædi-  
care incipiant. Quod decretum idem Trident. *sess.*  
*24. capite quarto,* sub Pio IV. celebrata confirma-  
tum est, imò in fauorem Episcopalis potestatis au-  
ctum, dum his terminis pronunciat: Nullus autem  
secularis, siue Regularis, etiam in Ecclesiis  
suorum Ordinum contradicente Episcopo prædica-  
re præsumat: in reliquis, ea quæ de prædicatione  
munere sub eodem Paulo III. decreta fuerunt,  
suum robur obtineant. Ergo Regularis tenetur se  
Episcopo presentare, & ab illo benedictionem pe-  
tere, antequam in suo Episcopatu prædicet. Res-  
pondetur, hanc objectionem nullam habere vim  
in locis, in quibus Tridentinum non est receptum:  
vbi autem viget, respondetur: Primò, hæc duo de-  
creta non habere clausulam reuocatoriam necessa-  
riam ad priuilegia regularia tollenda, non enim ius  
commune reuocant, quod esset necessarium, vt  
alibi pluries diximus, & ad id attendisse videtur  
Pius V. qui in Bulla inchoata, *est Mendicantium,*  
interpretando præfatum decretum *sess. 24.* & ex  
consequenti illud *sess. 5.* in eodem inclusum, declar-  
rat, Regulares Mendicantes sub illo minime com-  
prehendi, his verbis, *Declaramus,* Canonem *sess.*  
*24. capite 4.* per quem omnibus regularibus, etiam  
in suorum Ordinum Ecclesiis, contradicente Episco-  
po prædicationis officium interdicitur: Mendican-  
tium Ordinum Fratres huiusmodi, &c. non com-  
prehendere, nec eos afficere: imò volumus, quod  
in suis Ecclesiis, quando eis placuerit, licet, & abs-  
que villo impedimento, vel contradictione etiam  
Episcopi, nisi ipse prædicauerit, prædicare possint.  
Idemmet Pius Bulla inchoata; *Ad hoc nos Deus*  
*prætulit,* hanc facultatem illi concessit, dum vult;  
vt in propriis Ecclesiis prædicet, absque eo quod se  
presentauerit Episcopo, & absque petita benedi-  
ctione, eoque contradicente, etiam dum in Ca-  
thedrali prædicatur; dummodò non prædicet eo  
tempore

Sup. hoc su-  
pra leg. Ref.  
§. 8. & hic in-  
tit. §. vlt. huius  
Ref. &  
aliam eius,  
not.



tempore, quo ipse predicauerit. Adiunge quod et si sub illo Decreto Tridentini, Mendicantes comprehenderentur, non propterea necessaria esset acceptio benedictionis, sed sola presentatio cum petitione benedictionis, licet reculata: Nam in iure petita benedictio iniuste negata, censetur concessa; vt tenent Tamburin. *de iure Abbat. tomo 2. dub. 11. quaestio. 2.* & alij, quos citat Archang. Rom. *de priuileg. verb. Predicatores*, & Henriquez cum pluribus alijs quos citat *lib. 6. de Penit. cap. 13.* qui etiam asserit, hoc declarasse Sacram Congregationem Cardinalium 1597. cuius decretum his verbis refertur. Sacra Congregatio censuit, quod Regulares in Ecclesijs suorum Ordinum predicare volentes, non teneantur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum à suis superioribus examinati personaliter Episcopo se presentare, ab eoque petere benedictionem; tamen si eam minime obtinuerint. Verum Urbanus Octauus Bulla inchoata, *Alias à nobis emanant*, in qua explicat quasdam facultates, quas per aliam Bullam Cardinali de Sandoual, priuilegijs regularium contrarias fecerat, sic omne dubium resoluit, Ad hæc quod in eisdem præsertis litteris dicitur, Regulares non posse verbum Dei predicare, sine Episcopi licentia; hoc sibi vendicare tantum in Ecclesijs, quæ sui Ordinis non sunt: cum in alijs sui Ordinis Episcopi benedictio petita, licet non obtenta sufficiat: ita tamen, vt si Episcopus non modo benedictionem simpliciter non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit, quominus predicent: tunc illo contradicente in sui quidem Ordinis Ecclesijs, liceat illis predicare, quemadmodum S. Concilij Tridentini decretis salubriter est cautum. Ex quibus vides, quod posito, quod presentatio, & benedictionis petitio requireretur in Regulari, posset tamen illa non obtenta in suis Ecclesijs predicare.

2. Dices, ergo ex Urbani declaratione requiritur petitio benedictionis, & Tridentinum hanc regulari vt necessariam desiderat. Respondetur, ita esse in Regulari, qui non est ex aliquo Ordine Mendicantium; non autem in Regulari, qui talis est, alioquin contradictoriam interpretationem illi quam Pius vt supra dederat dicto decreto Tridentini, interpone-ret, quod non est credible. Accedit quod prædicta Bulla Urbani caret clausula reuocatoria iuris communis, & ex consequenti non adimit priuilegium in illo insertum. Plura de hoc decreto in sequentibus. Hucusque Brunus.

3. Sed hæc sententia pugnat cum praxi omnium Regularium fundata in Decreto Concilij Tridentini. Vide Lezanam in *summa qq. Regul. tomo 3. vers. concionari num. 6.* & Portellum Authorem ex Ordine Patris Bruni in *dubijs Regul. vers. Predicatores numero 1.* vbi sic ait, Regularis in suis Ecclesijs non potest predicare absque licentia sui Prælati, & benedictione Episcopi. In alijs verò Ecclesijs extra suos Conuentus non potest predicare absque licentia Episcopi. Trident. *sess. 24. cap. 4.* Qui verò absque tali licentia Episcopi predicauerit, poterit excommunicatione ferri, *cap. Excommunicamus 1. de hereticis §. Quia verò.* Illa verò excommunicatio ibi non est lata, sed ferenda. \* Sed nota, quod propter hoc solum quod Regularis predicauerit absque licentia Episcopi, non debet puniri ab Episcopo, sed à Præ-lato ita declarauit Congreg. Cardinal. sub Clem. VIII. Ita Portell. & ego cum communi Doctorum sententia.

4. Nota, Brunum vbi supra *cap. 3. propos. 4.* docere quod Regularis, etiam vbi Tridentinum viget, Episcopo presentatus, & ab eodem approbatus, vel

etiam indebitè reculatus, potest vbique in Ecclesijs predicare, etiam eodem contradicente; Et licet conatur hoc probare, & Concilium Tridentinum explicare. Sed ego sententiam meam circa præsentem quæstionem \* alibi explicauit; nunc tantum addam id quod sentit Portellus *loc. citat. num. 7.* sic asserens, Prædicator Regularis ab Episcopo iam approbatus, non potest predicare etiam in suis domibus si Episcopus id specialiter prohibuerit; Et hoc intellige si etiam si ipse Episcopus non prædicet: licet enim Pius V. in quadam Bulla declarauerit illam prohibitionem Episcopi solum tenere, quando ipse Episcopus prædicauerit: tamen Gregorius XIII. illud reuocauit postea in Bulla, quæ incipit: In tanta rerum, & reduxit ad terminos iuris communis. Et ita responderunt quinque Doctores consulti hæc de re Conimbricæ, anno 1610. Circa proximè dictam accedit declaratio Cardinalium, quæ loquens de Prædicatoribus sic ait: Hos, & quoscumque alios ab antecessore suo approbatos, à prædicatione poterit suspendere, (id est, Episcopus) Attendens tamen Episcopi propter quas causas id imperet. Volumus namque quod si illicitè iusserit, ad ius illis deferatur, & interim cessent. Sic ibi. Ita Portell. Lezana vbi supra *numero 7.* docet, quod si Episcopus suspendat Prædicatores Regulares, non tenetur causam exprimere, quare ad id moueatur, quod etiam docet Franciscus Leo in *Theol. fori Ecclesiasticæ part. 1. capite 8. numero 9.* & Barbosa *de prælat. Episcop. part. 2. allegat. 76. numero 22.* & omnia superius dicta me citato firmat ex decreto Urbani VIII. doctissimus, & amicissimus Ioannes Palafox Episcopus Angelopolitanus in *defen. Canon. part. 2. num. 59.*

## RESOL. LXI.

An Regulares predicantes in suis Ecclesijs, non petita benedictione ab Episcopo, possint ab eo puniri? Ex p. 7. tr. 1. 2. & Misc. 3. Rel. 25. alias 23.

§. 1. **O**lim negatiuum sententiam communiter Doctores tenebant, & ita docuit Hieronymus Rodriguez in *Compend. qq. Regularium Resol. 112. numero 3.* & alij, quos me citato addocet Bordonus in *Consl. Regular. Resol. 7. num. 21.* Sed ipse ibi etiam meritò aduertit, hodie stante Constitutione, *Inscrutabili*, &c. Gregorij XV. Regulares predicantes sine Episcopi licentia, & benedictione, etiam in suis Ecclesijs puniri posse ab Episcopo etiam per censuras, vt patet ex verbis Bulle Gregorianæ sic asserentis. *Ac demum habeat Episcopus tanquam dictæ Sedis Delegatus auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tam seculares, quam Regulares qui in alienis Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente predicare presumpserint.* Ita ibi Summus Pontifex. Quod etiam notauit Gauantus in *Man. Episcop. vers. Concio Sacra, numer. 17.* Lezana in *summa tom. 1. cap. 20. n. 3.* Rubeus in *Aphor. Episcop. ver. Predicatio, n. 2.*

2. Non desinam tamen hæc adnotare nostrum P. D. Augustinum de Bellis in *allegat. Hispano Idiome te corseripra* obseruare S. D. N. Urbanum VIII. Bullæ Gregorij XV. derogasse, Sic enim asserit §. 1. *num. 2.* [Dado caso que dicha Bulla estuuiesse recibida en España, aun no tiene fuerza, porque está reuocada ia per nuestro Santissimo Padre Urbano VIII. pot

Sup. hoc supra in Ref. 56. &c.  
\* Sup. hoc notato in Ref. seq. §. 2. ante mediū vers. Congregatio, & in alijs not. vlt. dictæ Ref.